



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

cap. 9. De consiliis Evangelicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

Secundo, frequenter eas perleges, & hoc modo mediteris: considerando verba ac sensum Regularum: attendendo cognoscere, in quibus defeceris, & examinando, quâ ratione in observatione illarum te habueris: attendendo actum contritionis cum proposito emendationis. Tertio, externam quandam assumes pœnitentiam propter Regularum transgressionem: vel publicè, peccando eam à Superiori; vel privatim in tuo cubiculo. Denique perfectam earundem observantiam postulabis à Deo per merita Sanguinis Christi, & Mariæ Virginis.

CAP. IX.

De Consiliis Evangelicis.

Ad perfectionis religiosæ consecutionem, præter Regularum proprias, necesse est, ut notat Carthusianus, Religiosus observet quoque Consilia Evangelica, quæ sunt Christianarum virtutum spectantia. Evangelica enimque nil aliud sunt, quàm imago & exemplar ipsius vitæ Christi, qui, quod ore docuit, opere adimplevit. Unde cum nos obligati simus ad perfectam Consiliorum imitationem, conformiter loquitur D. Augustinus: *In omni re, quam Christus gessit ut homo; hominibus imitandum præbebat exemplum.* Erimus quoque astricti ad perfectam Doctrinæ Evangelicæ observantiam; ut ea doctrina illa; quæ est imago Christi, forma quoque efficiens ac constituens Religiosum in perfectione consistat. Hæc igitur sancta documenta, instructiones Consilia continuo respicere debet Religiosus: lectando, meditando, & observando illa. Hic debet esse principalis ac primarius Regulæ liber omnibus Religiosis communis. Sunt vero, secundum Carthusianum, duodecim Consilia: *quemadmodum, inquit ille, ponuntur decem præcepta: ita duodecim sunt Christi Consilia, à quibus Evangelicis sparsim expressa.*

Serm. de SS. fol. 754.

Hom. 15. in Ioan.

locis sup. cit.

F 5

Primum,

- Matth. 10.** Primum, de Paupertate. Si vis perfectus esse, vende omnia, qua habes, & da Pauperibus.
- Secundum, de Castitate. Sunt eunuchi, qui castrati sunt propter Regnum caelorum.
- Tertium, de Obedientia. Qui vult venire ad vitam, abneget semetipsum. Et sunt contra tria Mundana, carnalia & vitia: contra concupiscentiam oculorum, contra concupiscentiam carnis, & superbiam visus: contra luxuriam & superbiam.
- Matth. 5.** Quartum, de perfectione Charitatis. Qui odit fratrem suum, qui odit fratrem suum, & orate pro persequentibus, & pro persecutoribus vos.
- loc. cit.** Quintum, de Perfectione Patientia. Non resisti malo, sed, si quis percusserit dexteram maxillam tuam, prebe ei & alteram: & ei, qui vult contendere cum in iudicio, & tunicam tuam collere, dimitte & pallium.
- Luc. 6.** Sextum, de Operibus misericordiae, tam spiritualium quam corporalibus. Omni petenti te tribue.
- Luc. 6.** Septimum, de non jurando. Ego dico vobis, non iurare omnino: sit autem sermo vester, est autem non.
- Matth. 5.** Octavum, de vitandis occasionebus peccandi. Si oculus tuus scandalizat, erue eum, & proice ab te.
- Matth. 18.** Nonum, de recta intentione. Si oculus tuus fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.
- Matth. 5.** Decimum, de Conformitate doctrinae ad vitam. Qui fecerit, & sic docuerit homines, magnus vocabitur in Regno caelorum.
- Matth. 6.** Undecimum, de sollicitudine vitanda. Nolite solliciti esse de crassino.
- Matth. 18.** Duodecimum, de correptione fraternâ. Si frater tuus in te frater tuus, vade, & corripe eum.
- Et hæc de exercitio perfectæ observantiæ  
& Consiliorum Evangelicorum.